cia iura imperii gubernabat. Ceperunt imperare
anno dn̄i.ccc.mundi vero.iiii.milia.cclxxxi.⁊ im
perauerunt Galerus.ii.annis. Conſtātius vero
xiii.computato tempore in quo fuerat. Ceſar.hic
Conſtantius prout ſcribit Ruffinus in annali.
Roma.fuit Eutrepio nobili romano genitus ⁊
matre Claudia filia criſpi fratris Claudii impa-
toris curauitq; ſemper fiſci cōmoda non priuata

que ꝓpter a ſubditis ſemper amatus eſt. Et tan-
dem moriens. xiii. anno ſui imperii Conſtātinum
magnum primogenitum eius imperii ſui reliq̄t
heredez. Reliquit etiam duos alios filios ex alia
vxore quorum vnus Conſtantinus: alius Dalma
tius nominabatur. Require eodem libro. Vir.
vbi ſcripſit de Cōſtantino magno.

Maxentius non imperator ſed Tyrannus Romanus. ponitur eodem libro Virgilii vbi ſcripſit de Conſtantino magno.

Conſtantinus Conſtantii filius ex concubina Helena. imperator creatus in Britānia regnauit annis. xxx. menſibus. x. diebus. xi. Cū cepiſſet regnare anno domini. cccxi. hic Rome vbi baptizatus eſt fecit conſtrui baſilicam beati Johannis baptiſte que vocatur Conſtantiana. Item baſilicam Petro et paulo in templo Appollinis circundans corpus vtriuſq3 ereo cipro groſſo q̄n q3 pedum. Item baſilicam beato Laurentio mar tyri in via tyburtina in agro Veiano: et alias baſilicas multas. Idem in grecia conſtituit vrbē ſui nominis quam voluit eſſe ſedem Romani imperii et caput totius orientis. Re. li. ci. c. bizantium Scribit Jacobus de voragine in legēdis ſctōruz q̄ chriſtianos hoſtiliter perſequebatur. Qua propter papa Silueſter cum ſuis clericis ab vrbe fugiens latuit in monte Seracto: interim deus percuſſit Cōſtantinuz incurabili morbo lepre. Et cū nulla ei ꝓdeſſent ſuffragia medicorū conſuluerūt vt ablueret recēti ſanguine lactantiū pueroꝝ. Et

cum imparatoꝛ veniſſet ad locum cedis: vidiſſetqꝫ
xxx.milia vagatium puerorum:⁊ matres ſolutis
crinibus miſerabiliter voluntates genitricibus
ait. Nolite timere: volo enim mori potius q̄ cum
tot milium cede viuere. Juſſitqꝫ cum donis ma-
tribus natos reddi. Sequēti nocte petrus ⁊ pau
lus apparuerūt ſibi dicentes: Quoniā abhorrui
ſti effuſionem ſanguinis innocentū: nos ad te mi
ſit dominus noſter Jeſus chriſtus vt pro tua ſalu
te Silueſtrum habeas latentem apud Saractum
montem: pro quo: Re. plene illud ſcriptum in. v.
ca. Para. qd edidi ſuper Dante tandem perſua-
ſione Silueſtri pape baptizatus Cōſtātinus: qui
repente candidis in veſtibus per ſeptem dies cō-
tinuos leges in honorem chriſti ⁊ omnium chri-
ſtianorum: octauo die veniens ad confeſſionem
abiectis cunctis imperialibus ſignis expāſis ma
nibus ſe proiecit in terram cum fluuio lachrima
rum. Hic baptiſmus ponetur cuꝫ agenti miracu
lo circa finem preſentis capituli. Vas illus pul-
cherrimum in quo baptizatus fuit Cōſtantinus
vulgari appellatione concha dicitur ex nigro la-
pide ⁊ auro politiſſimo: quē Conſtantinus in me
moriam tanti beneficii intrinſecus ⁊ extrinſecus
quantum aſcenderet aqua fecit argento puriſſi-
mo cooperiri. In medio fontis fecit poni colum
nam ꝓfidi: ſuper quam poſuit lampadem aureā
ponderis librarum. lii. in qua diebus paſcalibus
ardebat balſamum. In labro fontis poſuit agnū
aureum fundentē aquam ponderis librarū clxx.

Ad dexteram autem agni conſtituit ſaluatorem ex argento puriſſimo ponderis librarū.clxx. In leua parte agni Johannē baptiſtam ex argento puriſſimo tenentem ſcriptum titulum. Ecce agnus dei qui tollit peccata mundi:ponderis librarū cxxv. Propterea circa fontem ceruos.vii.fundentes aquam:omnes ex puriſſimo auro quorū quilibet erat ponderis librarum.lxxx.que omnia ſeu ſacerdotum cupiditate:ſeu tyrannorū ſacrilegiū ablata ſunt:⁊ ſic hodie vas mūdi apparet. Repēte baptizatus conſtantinus publico edicto precepit vt per totum Romanum imperium idolorū templa clauderentur:⁊ eccleſie chriſti rupte reedificarentur.martyrum ſepulchra cum veneratiōe maxima coli iuſſit. Poſt hec ita prudenter ⁊ pie in ſenatu concionatus eſt ꝙ omnes Romani ad chriſti fidem conuerſi ſunt. Hoc tempore Helena Conſtantini mater que tunc in bitinia morabatur a iudeis,perſuaſa culturā relinquerct idolorum ⁊ ſeruiebat cerimoniis iudeorum. Hec ipſa ſcripſit filio cōmendando ꝙ reliquerat idoloꝝ fidem:ſed increpando ꝙ ſeruiebat religionibus chriſtianorum.cui reſcripſit Conſtātinus:mādās ꝙ ſacerdotes iudeorū ⁊ chriſtianoꝝ ipſis preſentibus Rome diſputarēt de veritate fidei. In qua diſputatione ex precepto Auguſti omnes prudentes Romani imperii interfuerunt. Congregati igitur fuerunt in Romana vrbe epiſcopi ſeptuagīntaquinqꝫ. Judeorum vero ſacerdotes.ccxx.exceptis duodecim ſcribis quos Jſachar ſummꝰ

pōtifex miſit doctiſſimos in greco ⁊ hebreo. Huis
diſputationi interfuit Conſtātinus ⁊ Helena ma
ter eius. Judices arbitri litis non fuerunt chriſti
ani: nec iudei hebrei: quorum vnus fuit Craton
philoſophus: cui nunq̄ꝫ ꝑſuaderi potuit vt a quo
q̄ꝫ munus acciperet. Nilqꝫ volebat ſuuꝫ eſſe nec
quicq̄ꝫ in diem poſterum reſeruare. Dicebat eni
ex carentia diuitiarū frui ſumma ſecuritate: huic
ſocius datus eſt Zenophilus ꝯſtātiſſimus ac pru
dentiſſimus homo. Jn his duobus erat tanta ve
neratio ꝙ nullus poneret in ambiguo id verū te
nēdū eſſe q̄d ipi cēſuiſſent. Cōgregatis igit̄ cun
ctis inter beatum Siueſtruꝫ ⁊ ſcribas fuit longa
concertatio. Demuꝫ ita euidenter illos concluſit
beatus preſul ꝙ omnes populi clamauerunt eos
ab vrbe eſſe pellendos qui nō profiterentur chri
ſtum filium dei eſſe. Multi etiam ex iudeis qui ve
nerant impugnare fidem baptizati ſunt. ⁊ Hele
na mater Conſtantini deoſculata eſt pedes beati
Silueſtri. Et ipſi diſputationis iudices baptizati
ſunt. potiſſima cauſa fuit ꝙ vnus ex ſcribis volēs
oſtēdere potētiā ſue fidei fecit adduci adeo ferocē
thaurum ꝙ vix centum homiees poterant ipſuꝫ
ad locum diſputationis ducere: ⁊ dictis quibuſ
dam verbis in aure cecidit in terram mortuus
qnem poſtea nullis verbis ſcriba potuit ſuſcitare
Et iudei omnes promiſerunt ꝙ ſi eum ſuſcitaret
n nomine Jeſu chriſti: baptizarentur: ⁊ ita factum
eſt. Deinceps beatus Silueſter cum ducbus preſ
byteris: ⁊ duabus lanternis aſcendit in quoddam

antrum per. cl. gradus vbi coniurato dracone qui vrbem infecerat peste inexpiabili eum fecit innoxium: ligauitq; ſibi os cū filo: quod ſigillauit cū ſigillo tenente impreſſionem crucis: igitur eodē tempore fuerunt liberati romani a cultura demonum ⁊ infectione draconis. Roboratus Conſtantinus in fide ſcripſit generalem epiſtolam ad vniuerſos epiſcopos ⁊ prelatos: quam beatus Iſidorus ponit inter decretum patrū: in qua ponit modum ſue conuerſionis ſub iſta forma. ¶ In nomine ſancte ⁊ indiuidue trinitatis Imperator ceſar Flauius Conſtantinus auguſtus ſanctiſſimo patrum patri Siluestro romano pōtifico: omnibuſq; eius ſucceſſoribus epiſcopis vrbis Rome cūctis catholicis epiſcopis gratia charitas pax ⁊ gaudium. Ea qui ſaluator dei filius dominus noſter Iheſus chriſtus per ſanctos apoſtolos ſuos. Petrum ⁊ Paulum interueniente patre noſtro Siluestro mirabiliter operari dignatus eſt ad noticiam omnium apoſtolorū decreuimus aperire nam cū inualidiſſima ſqualoris lepra carnē meā inuaſiſſet: nec curam poſſet adhiberi aliquis medicorum: dixerunt capitolii ſacerdotes mihi fontem in capitolio debere fieri in lactantium puerorum ſanguine lauari iubebāt. Quo audito exhorrui pueroſq; iam paratos occidi cum muneribus remitti iuſſi. Quo facto cū tempus mihi ſomni aduenisset: aſtiterunt apoſtoli chriſti Petrus et Paulus dicentes. Quoniam abhorruiſti innocētem ſanguinis effuſionem a deo te᷑ mittimur do

cere qualiter cureris a lepra. mitte pro Silueſtro
epiſcopo qui latet in monte Soracte: hic tibi oſtē
det piſcinam in qua lauatus repente curaberis.
Quare patrem noſtrum Silueſtrum qui me. vii.
diebus in penitentia tenuit. Octaua autē die me
ſacra vnda perfudit: ſed repente me in fonte poſi
tum propriis oculis vidi manū de celis me aſtrin
genteꝫ a lepra. Sic igitur fontem exiuiſſe ab om
ni lepra cognoſcite. Quamobrem cenſui cuꝫ vni
uerſo ſenatu cunctiſqꝫ principibus Romane vr
bis exaltare ſedem beati Petri apoſtoloruꝫ prin
cipis. Quare decernēs ſancimus: vt ipſa Roma
na ſedes ſuper omnes eccleſias que in vniuerſo
orbe ſunt: teneat principatum ⁊ qui pro tempore
fuerit pōtifex huius eccleſie ſit excelſior princeps
mundi: ⁊ ad dei cultum ſtabilitatemqꝫ chriſtiane
fidei diſponat vt libet. Juſtum quippe eſt vt ibi
lex ſancta teneat principatum vbi ſanctarum le-
gum inſtitutor chriſtus beatum Petrum tenere
iuſſit cathedram apoſtolatus: ⁊ vbi ipſe beatus a
poſtolus ſumpſit martyrii poculum: ⁊ ibi gentes
pro chriſti nomine colla flectant: vbi beatus pau
lus doctor gentiuꝫ extendere collum iuſſus fuit
martyrio coronatus. Sic etiam omnibus mani-
feſtum nos intra palatium noſtrum Lateranēſ.
ſaluatori chriſto eccleſiam conſtruxiſſe ornatiſſi-
mam. auro argento ⁊ lapidibus precioſis. Con-
ſtruximus etiam beatorum apoſtolorum Petri ⁊
Pauli vbi ſacratiſſima eorum corpora ꝑ manus
patris noſtri Silueſtri cum magna ſolennitate ſe

cimus cumulari. ⁊ ne apex pōtificalis valeat pau
pertate: ſed decoretur gloria ⁊ digni tate Ro. ec.
tam palatium noſtrum q̃ꝫ Romane vrbis ⁊ om-
nis Italie omniumqꝫ occidentalium ꝓuincias:
regiones: loca: ciuitates: inſulas que circa Italiã
ſunt patri noſtro Silueſtro cunctiſqꝫ ſucceſſori-
bus ſub iure Ro. ec. pro affectu largimur ⁊ do-
namus in chriſto humani generis redemptore.
Nos autem noſtrum imperium tranſferemus ad
orentem in Bizantia ciuitate quam ampliare fe
cimus a noſtro nomine ⁊ Conſtantnopolim ap-
pellari. Re. li. ci. c. Bizantium. ⁊. c. Conſtantino-
polim.

# Oratio de ſancta Veronica.



## Oratio de ſancta Veronica.

Salue ſancta facies noſtri redemptoris
In qua nitet ſpecies diuini ſplendoris.
Impreſſa panniculo niuei candoris.
Dataqꝫ Veronice ſignum ob amoris.
Salue vultus domini imago beata.
Ex eterno munere mire decorata.
Lumen funde cordibus exinde tibi data.
ꝛ ex noſtris ſenſibus tolle colligata.
Salue ſplendor glorie ſalus peccatorum.
Repreſentans proprie regem angelorum.
Reſtauratrix gratie ſpeculum ſanctorum.
Te querunt reſdicere ſpiritus celorum
Salue robur fidei noſtre chriſtiane.
Deſtruens hereticos qui ſunt vite vane.
Horum auge meritum qui te credunt ſane.
Illius effugie qui rex fit pane.
Salue noſtra gloria in hac vita dura.
Labili ꝛ fragili cito tranſitura.
Nos perduc ad patriam o felix figura.
Ad videndum faciem que eſt chriſti pura.
Salue o ſudarium nobile iocale.
Et noſtrum ſolatium ꝛ memoriale.
Eius qui corpuſculum aſſumpſit mortale.
Noſtrum verum gaudium ꝛ bonum finale.
Salue iubar ſeculi ſtella matutina.
In conſpectu populi fulget lux diuina.
Que eſt cura languidi vite medicina.
Nos in mundo labili lues a ruina

14

Salue gemma nobilis vera margarita.
Celis virtutibus perfecta munita.
Non depicta manibus ſculpta nec polita.
Hoc ſcit ſummus artifex qui te fecit ita.
Ille color celitus qui in te ſplendeſcit.
In eodem permanet ſtatu nec decreſcit.
diuturno tempore minime paleſcit.
Fecit te rex glorie qui fallere neſcit.
Neſciens putredinem ſeruans incorruptam.
Quod eſt chriſti colis coram te deductu m.
Tu vertes gaudium gemitum ⁊ luctum.
Confer ſalutiſerum te videnti fructum.
Salue decus ſeculi ſpeculum ſanctorum.
Te videre cupiunt ſpiritus celorum.
Nos ab omni macula purga viciorum.
Atqꝫ nos conſortio iunge beatorum.
Eſto nobis queſumus tutum adiuuamen.
Dulce refrigerium atqꝫ conſolamen.
Ut nobis non noceat hoſtile grauamen.
Sed fruamur requie cum beatus Amen.

Verſus.

Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui dn̄e.
℟ Dediſti leticiam in corde meo.

Collecta.

Deus qui nobis lumen vultus tui memoria le ad inſtantiaȝ beate Veronice ſudario im preſſam imaginem tuam relinquere voluiſti per paſſionem ⁊ crucem tuam: tribue queſumus vt ita tunc in terris per ſpeculum in enigmate te videre ⁊ adorare valeamus vt ⁊ iudicem ſup nos venientem facie ad facieȝ leti ⁊ ſecuri videre emereamur in celis. Per chriſtum dominum noſtrū

¶ Incipiunt indulgentie ſeptem eccleſiarum principalium vrbis Rome.

Sanctus ſilueſter papa ſcribit in cronica ſua ꝙ rome fuerūt. M.ccccv. eccleſie quarūm maior pars eſt deſtructa: ⁊ inter illas ſunt. vii. principaliores priuilegiate maiori priuilegio: gratia: ſanctitate: ⁊ dignitate ꝗȝ alie.



PRima eccleſia eſt Lateranenſis que dedicata fuit a beato Silueſtro papa in honorem Saluatoris ⁊ ſanctoruꝫ Johannis baptiſte ⁊ Johannis euangeliſte. Et ſunt in eadem eccleſia omni die conceſſi .xlviii. anni indulgentiarum ⁊ tot quadragene ⁊ remiſſio tertie partis omnium peccatorum. Item papa Silueſter ⁊ gregorius ſummi pontifices qui eam conſecrauerūt ⁊ deuote viſitātibus dederūt indulgentias quas nemo ſed ſolus deus nūerare poteſt: teſtāte beato Bonifacio qui dicit. Si homines ſcirēt indulgentias eccleſie Lateraneſi. ꝙ tot eſſent non eis opus eſſet vt irent ad ſepulchruꝫ domini ſeu ad ſanctum Jacobum. Dicit idem papa Bonifa. Si quis ad ſedem noſtram Lateraneſi. cauſa deuotionis vel orationis aut peregrinationis peruenerit abſoluitur ab omnibus ſuis peccatis. Dicit idem Bonifa. papa. Si quis ad dictaꝫ ſedem peruenerit in die ſancti Saluatoris: abſoluitur ab omnibus peccatis. Item in ſacriſtia eiuſdem eccleſie eſt altare ſancti Johan. bapti. quod habuit in deſerto. Item in quadam capella in fine decem eccleſie eſt archa federis veteris teſtamenti. Itē mēſa ſuper quā cenauit dominus noſter Jeſus chriſtus cum diſcipulis ſuis. Item virga moyſi ⁊ Aaron. Et hec omia portauerūt Veſpaſianus ⁊ Titus de hieruſalem cum quattuor columnis ereis plenis de terra ſancta de hieruſalē, que ſtant erecte circa ſummum altare. Item ſupra ſummū altare ſunt capita ſanctorum apoſtorum Petri et

Pauli: ⁊ quandocunqȝ illa monſtrantur tūc
ibi ſunt tante indulgentie quante ſunt ad ſanctū
Petrum quando monſtratur ſudarium domini
ſeu Veronice: que indulgentie oſtenſionis Vero-
nice habentur in ſequentibus foliis videlicet in
ſecunda eccleſia principali. Item quando iſta ſa-
cratiſſima eccleſia ab hereticis fuit accenſa ⁊ con
buſta: de capite ſcti Pācracii emanauit ſanguis
tribꝰ diebꝰ ⁊ tribꝰ noctibꝰ: qđ caput etiā oſtēdit
vna cū ceteris reliquiis in die paſce pacto pran-
dio: quam eccleſiam poſtea renouauit ⁊ de funda-
mento edificari fecit dei genitricis ſeruus Nico
colaus papa. iiii. ordinis ſancti Franciſci vt clare
adhuc apparet in opere muſaico ſupra ſummum al
tare ſancti Silueſtri ⁊ ſuorum predeceſſorū ſum
morum pontificum qui ſummi pontifices cele-
brabant in criptis ⁊ cauernis terre occulte ꝓpter
imperatorum ⁊ aliorum metum tyrannorum: pa
ganorum ⁊ ſarracenorum. Item ſubtus altare il
lud eſt oratorium ſancti Johannis euāgeliſte vbi
orabat quando adductus ⁊ deductus ac detētus
fuit rome. Item in quodam tabernaculo maiori
quod ſtat ſuper dictum altare requieſcunt capita
ſanctorum apoſtolorum Petri ⁊ Pauli vt dictuȝ
eſt. Item in quoddam tabernaculo quod eſt ſuꝑ
altare marie magdalene ſunt recondite he reli-
quie que ſequuntur: videlicet Tira cum qua co-
ronatus fuit ſanctus Silueſter papa per Conſtan-
tinum imperatorem. Item caput ſancti Zacharie
patris ſancti Johannis baptiſte. Item caput ſan

cti Pancratii martyris: de quo fluxit ⁊ emana‐
uit ſanguis per tres dies continue quãdo iſta ſa‐
cratiſſima eccleſia fuit ab hereticis combuſta. Itẽ
de reliquiis sancte Marie magdalene. Item vna
ſpatula ſancti Laurentii martyris. Itẽ vnus deus
ſancti Petri apoſtoli. Item copa in qua ſanctus
Johannes venenum bibit ⁊ non ſibi nocuit. Itẽ
cathena cum qua ligatus fuit ſanctus Johãnes
euangeliſta dum duceretur de Epheſo romam.
Item tunicella ſancti Johannis euangeliſte que
poſita fuit ſupra tres mortuos ⁊ confeſtim ſurre‐
xerunt. Item de cineribus ſancti Johannis ba‐
ptiſte ⁊ cilicium ipſius. Item de lacte de capillis
⁊ veſtimentis glorioſe virginis Marie. Item ca‐
miſia quam fecit virgo Maria chriſto ꝓpriis ma‐
nibus. Item lintheum ſeu pannus cum quo chri‐
ſtus exterſit pedes apoſtolorum. Item forbices et
arundo cum qua chriſtus percuſſus fuit. Itẽ de
ligno ſancte crucis. Item purpureum veſtimen‐
tum tinctum de guttis ſanguinis chriſti. Itẽ ve‐
lum beate virginis marie quod ipſa poſuit ad ſe
moralia chriſti in cruce. Item ſudarium quod po
ſitum fuit ſuper faciem chriſti. Item preputium
domini noſtri Jeſu chriſti quando fuit circunci‐
ſus. Item aqua ⁊ ſanguis qui emanauit de late‐
re chriſti. Item de vero ligno crucis: ⁊ multe alie
reliquie que oſtenduntur in die paſche peracto
prandie. Item in feſto ſaluatoris cuius imago vi
ſibiliter apparuit omni populo romane miraculo
ſe. ſcilicet quãdo papa Sꝛlueſter cõſeceauit dictã

eccleſiam vbi fuerat populus Romanus congregatus. tunc imago Saluatoris apparuit viſibiliter omni populo de vrbe: que imago remanſit in pariete ⁊ quotidie videri poteſt: nec comburi potuit cum eccleſia fuerit bis combuſta: vbi vero eſt remiſſio omnium peccatorum. Item in capella ſancti Johannis baptiſte ad fontes in qua mulieres non intrant ſub pena excommunicationis: ibidem eſt remiſſio omnium peccatorum. Item in capella ſancti Laurentii in qua ſimiliter mulieres non intrant ſimili pena que dicitur ſancta ſanctorum: ibidem eſt remiſſio omnium peccatorum. Eſt in eadem capella imago chriſti in etate duodecim annorum diuinitus ⁊ humanitus depicta. Et circa eandem ſunt gradus ſuper quos dominus noſter Jeſus chriſtus cecidit vſq; ad effuſionem ſanguinis: ⁊ ſignū apparet clare vbi ſanguis cecidit. Qui quidem gradus ſteterūt ante domum Pilati in Hieruſalem: ⁊ quicunq; hos gradus aſcendit: ille pro quolibet gradu nouem annos indulgentiarum ⁊ totidem quadragenas: ⁊ remiſſionem tertie partis omnium peccatorum habet.

¶ De priuilegio iſtius eccleſie ⁊ dignitate legantur iſta metra ſequentia.

Dogmate papali datur ac ſimul imperiali.
Quod ſim cunctarum caput mater eccleſiarum.
Hinc ſaluatoris celeſtia regna datoris.

Nomine ſanxerunt cum cuncta peracta fuerunt.
Sic ſummus ex toto conuerſi ſupplice voto.
Noſtra q̄ hec edes ſit tibi xp̄e inclita ſedes.
Hec eſt papalis ſedes ⁊ pontificalis.
Preſidet ⁊ chriſti de iure vicarius iſti.
Quia iure datur Romana ſedes vocatur.
Deberet ⁊ vere niſi ſolus papa ſedere.
Gloria ſublimis alii ſubduntur imis.



SEcunda eccleſia principalis eſt ad ſanctum
Petrum in monte aureo in vaticano pala-
cii Neroniani: in qua ſunt omni die. xlviii. anni
indulgentiarum ⁊ tot quadragene ⁊ remiſſio ter
tie partis omnium peccatorum. Item in eadem
eccleſia ſunt. c. ⁊. ix. altaria que nunc ex maiori
parte ſunt deſtructa ⁊ pro quolibet conceduntur
decemocto anni indulgentiarum: ⁊ inter illa ſunt
ſeptem altaria principalia que maiori gratia ſunt
priuilegiata aliis altaribus ⁊ omnia iſta ſeptem
altaria ſunt circundata ereis cancellis. Item quā
docunqȝ eſt feſtum ſancti Petri vel feſtum pre-
dictorum altarium. vel feſtum natiuitatis domi-
ni vel paſche vel feſtum omnium ſanctorum vel
aliud feſtum duplex duplicantur omnes indulgē
tie predicte. Item in feſto annunciationis beate
Marie virginis ſunt ibidem mille anni indulgē
tiarum. Item a predicto feſto vſqȝ ad Kalen̄. Au
guſti ſunt ibi duodecim anni indulgentiarum et
tot quadragene ⁊ remiſſio tertie partis omnium
peccatorum. Item quicunqȝ aſcendit gradus ſan
cti Petri deuote huic conceduntur p o quolibet
gradu ſeptem anni indulgentiarum dati ab Ale-
xandro papa. Item medietas corporum ſanctorū
apoſtolorum Petri ⁊ Pauli requieſcit in predi
cta eccleſia ſub maiori altari: reliqua vero medie
tas iacet ad ſanctum Paulum. Item in predicta
eccleſia requieſcunt corpora ſanctoruȝ apoſtoloꝝ
Simonis ⁊ Jude. Item corpus ſancte Petronel
le virginis filie ſancti Petri apoſtoli. Itē caput

ſancti Andree apoſtoli quod oſtēditur in eius feſto:⁊ in illa die quando Romꝰm portatum fuit ⁊ adductū. Item caput ſancti Luce euangeliſte. Itē caput ſancti Sebaſtiani martyris. Caput ſancti Jacobi. Corpora ſanctorum Proceſſi ⁊ Martiniani:⁊ multa alia corpora:⁊ multe reliquie ſanctorum martyrum ⁊ confeſſorum ac virginum. Item Veronica ſiue vultus ſanctus domini noſtri Jeſu chriſti requieſcit in dicta eccleſia q̄ monſtratur in ebdomada ſancta pluribus vicibus. et in die aſcenſionis domini: ⁊ dominica proxima poſt aut ante feſtū Antonij abbatis:in cuius oſtēſione Romani aduenientes ⁊ in eius oſtenſione preſentes habent tria milia annorum indulgentiarum:⁊ illi qui ſunt circa Romā aduenientes ⁊ preſentes habent ſex milia annorum. Ceteri vero qui adueniunt per montes:valles: colles: habent duodecim milia annorum indulgentiarum ⁊ tot quadragenas ⁊ remiſſionem tertie partis omnium peccatorum. Item exiſtit vnū altare ad dexteram partem chori decoratum porphiretico lapide in medio:ſuper quo porphiretico diuiſa ſunt oſſa ſanctorum apoſtolorū Petri ⁊ Pauli ⁊ ponderata per beatum Silueſtrū ſub anno domini.cccix.quando facta fuit iſta eccleſia. Itē ad ſiniſtrā partem chori eſt vnum tabernaculum in quo hodierne ſeruatur illa ſedes ſeu cathedra q̄ facta fuit beato Petro.quando adhuc ſedē epiſcopalem tenuit in antiochia ⁊ pulchre decorata ⁊ omni feſto quod dicitur cathedra Petri poni

tūr foras ad chorum cum ſolennitate vbi omnes homines pro ſua deuotione ad eandē attingere poſſunt. Item circunſtāt columne duodecum de marmore bene ꝯpolite facte ⁊ chorum attingentes ex qua vna decancellata ferro circumuoluta ⁊ ornata de cuius virtute infraſcripte legas. Hec eſt illa in qua dominus noſter Jeſus chriſtus appodiatus dum popolo predicabat ⁊ deo patri preces in templo affundebat adherendo ſtabat: que vna cum aliis: vndecim circunſtantibus de Salomonis templo in triumphum huius baſilice locata fuit. demones expellit: ⁊ ab immundis ſpiritibus vexatos liberos reddit: ⁊ multa miracula quotidie facit. Item in tranſitu ad beatam Mariam de febribus ſepultura ſancti Chriſoſtomi que ante fuit circūdata ferro: nunc imagine marmorea erigitur.



TErtia eccleſia principalis eſt ad ſanctum
Paulum in qua ſunt omni die quadragin
taocto anni indulgentiarum ⁊ tot quadragene ⁊
remiſſio tertie partis omnium peccatorum. Itē
in conuerſione ſancti Pauli ſunt ibi centum an
ni indulgentiarum ⁊ tot quadragene. Item in fe
ſto ſanctorum Innocentum quorum corpora ibi
dem multa requieſcūt ſunt ibi quadragintaocto
anni indulgentiarum ⁊ tot quadragene. Item in
dedicatione eiuſdem eccleſie que eſt in octaua
ſancti Martini ſunt ibi mille anni indulgntia-
rum ⁊ tot quadragene ⁊ remiſſio tertie partis
omnium peccatorum. Item ſi quis intrauerit di-
ctam eccleſiam omnibus diebus dominicis: ha-
bet tantas indulgentias ac ſi iret ad ſanctum ſe-
pulchrum domini in Hieruſalem: aut ad ſan-
ctum Iacobum in galicia. Item in eadem ec
cleſia eſt brachiū ſācte anne matris virginis Ma
rie. Item vna cathena cum qua ſanctus Pau
lus cathenatus fuit: ⁊ plures alie infinite re-
liquie. Item ſub maiori altari medietas cor-
porum ſanctorum apoſtolorum Petri ⁊ Pau-
li requieſcit. Item corpus ſancti Thimothei
diſcipuli ſancti Pauli requieſcit in dicta eccle-
ſia: ⁊ plures alie infinite reliquie ſanctorum quo
rum anime gaudent in celis. Item in grot-
ta requieſcunt oſſa beata Sanctorum Celſi Iu
liani cum Baſiliſſa. Item circa portam que
ducit ad ſanctum Paulum Capena porta di-

cta: hic ſepultura Romuli ⁊ Remi exiſtit: eſt eti-
am prope Mons omnis terre. Item ad dexteraz
partem chori eſt imago ſancte crucis deuota que
allocuta eſt ſanctam Brigittam propter eius ſe-
dulas orationes coram eadem factas.



q Uarta eccleſia principalis eſt ad ſanctam
Mariam maiorem. In qua ſunt omni die
xlviii. anni indulgentiarum ⁊ tot quadra-
gene ⁊ remiſſio tertie partis omnium peccatoruȝ
Item in predicta eccleſia ſunt reliquie. videlicet
Corpus ſancti Mathie apoſtoli requieſcit ſub
maiori altari ipſius eccleſie. Caput eiuſdem ſan-
cti Mathie apoſtoli requieſcit in dicta eccleſia.
Iteȝ corpus ſancti Hieronymi doctoris eccleſie
Item corpora ſanctarum Rumule ⁊ Redempte
Item pannicellus beate Marie virginis in quo
requieuit eius filius in preſepio. Item ſtola ſan-
cti hieronymi. Item brachiuȝ ſancti Mathei a-
poſtoli ⁊ euangeliſte. Item brachium ſancti Lu-
ce euangeliſte. Item brachium ſancti Thome ar
chiepiſcopi Cantuarienſis ⁊ martyris. Item ca-
put ⁊ brachium ſancte Vibiane virginis ⁊ mar-
tyris. Item ⁊ Preſepe domini in dicta eccleſia re
conditum eſt. ⁊ multe reliquie ſanctorum ⁊ ſan-
ctarum ibidem requieſcunt que oſtenduntur in
die paſche hora veſperarum vel circa: quorum
anime exultent in celis. Item in vigilia Aſcenſio
nis domini qua celebratur feſtum tranſlationis
corporis beati Hieronymi: cuius corpus ibi-
dem requieſcit: ⁊ ad altare ipſius eſt remiſſio
omnium peccatorum a ſe. re. Pio pa. ii. Item in
omnibus feſtiuitatibus beate Marie virginis
ſunt ibi mille anni indulgentiarum. Item in fe-
ſto Aſſumptionis beate Marie virginis vſqꝫ ad
eius Natiuitatem ſunt ibi duodecim millia anno

rum indulgentiarum vltra dictas indulgentias quotidianas.

## ¶ Sequũtur verſus de aſſum ptione beate Marie virgi nis glorioſiſſime

Ad ſummum regina thronum defertur in altum
Angelicis prelata choris cui fertur ⁊ ipſe.
Filius occurrens matrem ſuper ethera ponit.



QUinta eccleſia principalis eſt ad ſanctum Laurentium extra muros in via tiburtina in agro Veiano. in qua ſunt omni die. xlviii. anni indulgentiarum ⁊ tot quadragene: ⁊ remiſſio tertie partis omnium peccatorum. Item ibidem eſt lapis ſuper quem beatus Laurentius poſitus fuit poſtq̄ꝫ aſſatus ⁊ mortuus fuit. Item in feſtiuitatibus ſanctorum Stephani prothomartyris ⁊ Laurentii martyris quorum corpora ibidē requieſcunt ⁊ per octauas eorūdem ac in ſtationibus eiuſdem eccleſie ſunt. c. anni indulgentiarū ⁊ tot quadragene ⁊ remiſſio tertie partis omniū peccatoruꝫ ab antiquis conceſſa. Sed fe. re. Calixtus. iii. pontifex maximus conceſſit omnibus vtriuſqꝫ ſexus chriſtifidelibus dictam eccleſiam deuote viſitātibus in ſingulis feſtiuitatibus ⁊ ſtationibus eiuſdem eccleſie antedicte plenariam remiſſionem omnium peccatorum. Item ſi quis intrauerit dictam eccleſiam per annū omni quarta feria liberat animam a purgatorio. Item ſi q̄s intrauerit per ianuam ſtantem in auſtrali parte eccleſie de vna cruce ad aliam plenarie confeſſus ⁊ contritus habet remiſſionem omnium peccatorum.



Extra eccleſia principalis eſt ad ſanctos Fa-
S bianum ⁊ Sebaſtianum: in qua ſunt omni
die. xlviii. anni indulgentiarum ⁊ tot qua-
dragene ⁊ cum hoc remiſſio tertie partis omniū
peccatorum. Item in eadem eccleſia ſunt omni
die mille anni indnlgentiarum dati a Pelagio
papa. Item in eadem eccleſia ad cathecumbas
ibi prope ſunt tante indulgentie quante ſunt in
eccleſiis apoſtolorum Petri ⁊ Pauli: quia ibi
corpora eorum iacuerunt abſcondita longo tem-
pore in quodam fonte exiſtente in dicta eccleſia
ſupra quem eſt quoddam altare. Item Silueſter
Gregorius Honorius: Pelagius. Nicolaus: ⁊
Johannes ſummi pontifices conceſſerunt ⁊ qui
libet eorum conceſſit mille annos indulgentiarū
quocunqꝫ tempore anni deuote viſitabunt dictā
eccleſiam abſqꝫ peccatis mortalibus cauſa deuo
tionis orationis aut peregrinationis. Item in di
cta eccleſia iacet corpus beati Sebaſtiani marty-
ris. Item ſuper altare ſancti Sebaſtiani vbi iacet
corpus eius celebrauit miſſam ſanctus Grego-
rius papa pro anima vnius imperatoris: ⁊ appa-
ruit ei angelus: ⁊ dixit. Hic eſt locus ſanctiſſimus
in quo eſt diuina ⁊ vera promiſſio ⁊ omnium
peccatorum remiſſio: ſplendor ⁊ lux perpetua ⁊ ſi
ne fine letitia quas chriſti martyr Sebaſtianus
promeruit virtute ſacrificii l beratur anima. Itē
ibi eſt lapis in quo chriſtus reliquit veſtigia pe-
dum ſuorum quando obuiauit Petro perſecu-
tionem fugienti quē recognoſcens dixit ei Pe

trus. Domine quo vadis? Respondit christus.
Romam redeo iterum crucifigi. Itez corpus Fa
biani pape ꝛ martyris. Item corpus beati Ste-
phani pape ꝛ martyris. Item corpus ſancte Lu-
cine virginis que corpus ſancti Sebaſtiani in di
cto loco ſepeliuit: ꝛ hanc eccleſiam ad ipſius ſan-
cti Sebaſtiani honorem conſtruxit. ꝛ. xviii. ſum-
mi pontifices martyres quorum quilibet dedit
ſuam indulgentiam: ꝛ in dicta eccleſia requieſcūt
Et multe alie indulgentie ſunt in predicta eccle-
ſia que numerari non poſſunt propter innumera
bilia corpora ſanctorum ibidem requieſcentium
Itez in cimiterio Calixti eſt plenaria remiſſio om
nium peccatorum. Viſitet hic pia mens ſanctorū
buſta frequenter. In chriſto quorum gloria per-
pes erit.

¶ Hic eſt cimiterium beati Calixti pape ꝛ mar-
tyris incliti. Quicunqꝫ illud contritus ꝛ confeſ-
ſus ingreſſus fuerit plenam remiſſionem omniū
peccatorum ſuorum obtinebit permerita glorio
ſa centum ſeptuagintaquattuor milia ſanctorum
martyrum quoꝝ ibi corpora in pace ſepulta ſunt
vna cum quadraginta ſex ſummis pontificibus
beatis qui omnes ex magna tribulatiōe venerūt
ꝛ vt heredes in domo domini fierent: mortis ſup
plicium pro chriſti nomine pertulerunt.


I.N.R.I.

SEptima eccleſia principalis eſt ad ſanctam
Crucem in hieruſalez: in qua ſunt omni die
xlviii. anni indulgentiarum ⁊ tot quadragene ⁊
remiſſio tertie partis omnium peccatorum. Item
in ſummo altari requieſcunt corpora ſanctorum
Anaſtaſii ⁊ Ceſarii. Item eandem eccleſiam que
vocatur ad ſanctam Crucem in hieruſalem edifi-
cauit Conſtantinus filius Conſtantini magni im
peratoris in hono eꝫ ſancte crucis ad preces ſan
cte Helene: ⁊ ſanctus Silueſter papa conſecrauit
eam. ſunt omni die dominica. ccc. anni indulgen
tiarum ⁊ tot quadragene ⁊ remiſſio tertie partis
omnium pecatorum. Item he ſunt reliquie eiuſ-
dem eccleſie. Primo duo ciphi: vnus qui fuit ple
nus de ſanguine chriſti: alter vero qui fuit plenꝰ
lacte beate Marie virginis. Itez ſpongia in qua
iudei porrexerunt chriſto fel ⁊ acetum. Item de li
gno ſancte crucis. Item due ſpine de corona xp̄i
Item vnus clauus cum quo fuit affixus in cruce
Item de ligno crucis latronis pendentis ad dex
teram chriſti fuit conuerſus ad chriſtum. Itez in
capella que vocatur hieruſalem vbi mulieres nō
intrant niſi ſemel in anno ſcilicet in die dedicatio
nis eiuſdem qua celebratur in vigilia ſancti Be
nedicti abbatis mēſe martii ⁊ eſt remiſſio omniū
peccatorum:

D ſanctam Mariam tranſtyberim. hic lo
a cus vbi nunc illa venerabilis eccleſia eſt
olim taberna meritoria regionis tranſty-
berim appellatur in qua Romani milites q̄ am-

plius militare non poterant: vite ſue ſubſidia per
cipiebant: ⁊ appellabatur meritoria: quia pro be
nemeritis eorum ⁊ ſportularis pecunia donabat
in atrio cuius hi verſus ſcripti erant.

Roma vetus veteres cum te rexere quirites.
Nec bonus immunis nec malus vllus erat.
Defunctis patribus ſucceſſit praua iuuentus.
Quorum conſilio precipitata ruis.

Ex hac taberna meritoria videlicet vbi ille due feneſtrelle ferree cancellate apud chorū ſunt poſite tempore quo dominus noſter Jeſus chriſtus de virgine naſci dignatus eſt: fons olei de terra exundauit ac per totum illum diem ac noctē largiſſimo riuo vſqȝ ad tyberim defluxit: ſignificās vnctionem chriſti ⁊ baptiſmum atqȝ doctrinam eius qua omnes gentes imbueret ad credendum per baptiſmum. Quod miraculū attendens ſanctiſſimus preſul Calixtus natione Romanus ſicut erat iam ab antiquo tempore famatum in eodem loco vnde oleum fluxerat: procedēte quoqȝ tempore cum aliquantulum ceſſaret perſecutio a chriſtifidelibus eadem eccleſia creditur nouis fabricis ampliata quam Grego. papa. iii. ob reuerentiam beate virginis ⁊ beati Calixti martyris pene a fundamentis diruptam nouis fabricis cū tecto conſtruxit ac totam depinxit. Sunt etiā ſepulta ibi corpora ſanctorum videlicet Calixti pape: Innocentii pa. fundatorum eccleſie ⁊ Julii pa. ſancti Quirini epiſcopi eſt in octaua die aſſumptionis beate marie in auguſto ſtatio ⁊ ꝑdonantia.

Jam puerum iam ſummum pater poſt tp̄e natiſ.
Accipimus genitum tibi quem nos eſſe coeuum
Credimus hircoꝝ olei ſcaturire liquamina tybri
Hinc oleum fluxit cum chriſtus virgine luxit.
Hic ⁊ donatur venia quocunqꝫ rogatur.

D ſanctum Griſogonū in prefata regio
a ne tranſtyberim. In iſta eccleſia prenomi
nati ſancti Griſogoni ſunt reliquie. Bra
chium ſancti Jacobi. ſcapula ſancti Andree apo
ſtoli. ⁊ caput ſancti Griſogoni. ſunt ibi indulgē
tie. Hic ſedes eſt Cardinalis ⁊ titulus. Statio.
xxiiii. quadrageſime.

D ſanctam Ceciliam virginem etiam eſt
a iſta eccleſia prenominate eccleſie virginis
in regiōe tranſtyberim ſituata: vbi requie
ſcit corpus ſancte Cecilie: etiam corpora ſanctoꝝ
Tiburtii: Valeriani: Lucii pape primi: ⁊ Maxi
miani: ſub altari in choro requieſcunt. Sūt in ea
dem eccleſia plures alie reliquie. fuerunt in prefa
cta eccleſia olim edes ſancte Cecilie ⁊ habitacula
quas ſanctus Paſcalis papa conſecrauit ad ho
norem omnipotentis dei eiuſqꝫ genitricis glorio
ſe. ſanctorum apoſtolorum Petri ⁊ Pauli: bea
te Agathe ⁊ Cecilie. anno incarnationis domini
cc.ccc. indictiōn. xv. eccleſiam edificauit ſicut ple
nius in epiſcopali libro continetur.

HD ſanctum Bartholomeum in inſula. In
iſta eccleſia eſt corpus ſancti Bartholomei
ſupra altare maius in tabernaculo. Eſt etiam ibi
corpus ſancti Paulini. ſancti Alberti. ſcti Mar

celli. ⁊ ſancti Superantii. Sunt ibi plures reli-
quie que cum ſupradictis in die ſancti Bartho-
lomei apoſtoli ⁊ in dominica Palmarum oſten-
duntur. Eſt vnus fons ante altare maius in cho-
ro in quo inuenta ſunt corpora ſanctorū ſcilicet
ſancti Paulini ⁊ Superantii. apud illum ſunt.
c. anni indulgentiarum.

Ad ſanctum Johannem in inſula ex oppoſi
to eccleſie ſancti Bartholomei. hic eſt vnū
clauſtrum mulierū: ibi eſt vna capella bea-
te Marie virginis verſus aquas tyberis q̄ apud
molendinos appellatur. Dicitur q̄ quodam tēpo
re tyberis creuit vltra lampades ardentes ante
imaginem ⁊ non fuerunt extincte nec videbatur
illate aliqua leſio imagini per aquam.

Ad ſanctum Nicolaum in carcere Tulliāo
in regione Ripe: ſunt iſte reliquie. Una co
ſta ſancti Mathei apoſtoli ⁊ euāgeliſte. ma
nus ſancti Nicolai. Brachium ſancti Alexii Sta
tio eſt ibi in quadrageſima.

Ad ſanctam Mariam in porticu in regiōe
Ripe. hic eſt vnus lapis precioſus zaphi-
rus in quo imago dei ⁊ beate marie virgi
nis miraculoſe eſt impreſſa temporibus Johan-
nis pape primi ⁊ Juſtini proprii filii Juſtiniani
Auguſti ⁊ Theodorici regis Gottorum heretici
Italiam opprimentis. Fuit in vrbe matrona po-
tentiſſima Siniaci conſulis ⁊ Patricii filia noīe
Galla: inter Romanos diuitiis generoſitate pre
cipua patriciatus dignitate ſublimis cognomina

ta ⁊ Patricia moribus ⁊ vita beata: ſic enim tem-
poralibus vſa eſt bonis vt legem domini non de
ſereretur: ⁊ diuinis nullatenus declinaret: ⁊ quia
chriſto ſedula ſeruire curauit ſuiqꝫ in ſe creatoris
imaginem ⁊ ſimilitudinem prudenti circūſpectio
ne integram illibatamqꝫ ſeruauit: chriſti ⁊ beate
marie imagineꝫ per manus ſanctorum angelorū
in ſuo palatio ſuſci, ere meruit. Quadam enī die
dum familia circunſedente pranderet ſupra pro
pinatorium predicta omnipotentis dei benedicte
marie matris filie imago nimio fulgore apparuit
cuius immenſa luce propinator verberatus: ante
dominam redit: ⁊ quod acciderat territus nūcia-
uit: mox galla ſurgens a menſa venit ad locum: ⁊
lucem quidem vidit: ſed imaginem decoram vide
re non potuit. Habito igitur conſilio multorum
procerum comitata concurſu ad Lateranenſe pa
latium feſtinauit: ⁊ pontifici lucis apparitionem
religioſa grauitate narrauit piis lachrymis po-
ſtulans ⁊ magnis precibus vt ad ancillam domi-
ni vt ipſe dominus dignaretur venire deo dante
reuelante rem nouam plenius cogitaturus: cuius
ſanctis precibus venerabilis pontifex acquieſcēs
cum ipſis epiſcopis ⁊ cardinalibus ⁊ maioribus
ciuitatis ad Galle palatium venit: ⁊ ad locum ac
cedens expanſis brachiis ⁊ oculis leuatis in celū
deuotiſſime intra lucem orauit. Cumqꝫ adhuc ve
nerabilis pater papa orationi inſiſteret inter bra
chia ſacratiſſima ſuſcepit imaginem ⁊ eam ado-
randam circunſtanti multitudini cum lachrymis

timoris ⁊ gaudii demonſtrauit: ⁊ quomodo bea-
tus Greg. vii. conſecrauit iſtam eccleſiam q̄ ante
fuit palatiuȝ prenominate Galle Patricie: ⁊ de
vita eius legitur in certis aliis legendis.

Ad ſanctum Georgium. in iſta eccleſia ſunt
iſte reliquie. De lacte beate Marie virgi-
nis ⁊ de veſtimentis eius. vexillum: lancea
⁊ caput ſancti georgii: quod prenominatū ſancti
Georgii caput eſt reperta in vna capſa litteris au
reis: ſignificantes illud eſſe per ſanctiſſimū pre-
ſulem Zachariam papam primum ⁊ deduci fecit
regionem ad velum aureum in venerabilem iſtā
diaconiam cum magna ſolennitate vbi in hono-
re ſuo conſecrata eſt illa eccleſia prenominata ⁊
plures alie reliquie. Statio ⁊ titulus cardinalis
¶ Claudius tyberius deſcribens pugnatores ci-
ues Romanos: inuenit ſexies decies centena mi
lia. vcccc. ⁊. cccc. milia. q͛d adhuc reperi ſcriptū
ante prenominatā eccleſiam ſubtus portugale.

Ad ſanctam Anaſtaſiam. eccleſia iſta eſt ver-
ſus palatium maius conſtructa ex oppoſito
eccleſie ſancti Georgii. Sunt etiā reliquie
ibi Statio ⁊ titulus eſt Cardinalis.

Ad ſanctam Mariam que vocatur ſchola
greca infra montem auentinum ante pre-
nominatam eccleſiam poſitus eſt vnus la-
pis rotundus ad diſpoſitionem faciei et vultus:
qui dicebatur bucca veritatis ad quem homines
ſeexpurgauerunt. virtutem ſuam per vnam mu-
lierem perdidit. fuit etiā ſchola ſancti Auguſtini.

D ſanctam Sabinam. iſta venerabilis ec-
a clesia vocatur ad ſanctam Sabinam de vr
be in monte Auentino quam miro opere
preſbyter vrbis Petrus illiricus ſub papa Cele
ſtino: ſicut patet in litteris aureis ſcriptis in par
te poſteriori eccleſie ſuper portam cypreſſinam.
Jn iſto loco fuit ſedes apoſtolica ſicut demõſtrat
ſtructura pallatii in quo reſidens papa Honori9.
iii. cum curia ſua. Anno domini. M. ccxvi. ordinē
predicatorum quem ſanctus Dominicus a pre-
deceſſore ſuo papa Jnnocentio in concilio Late-
raneñ. impetrauerat auctoritate apoſtolica confir
mauit. ⁊ hanc eccleſiam beato Dominico ob ſpe-
cialem familiaritatem ⁊ magne deuotionis affe-
ctum quem erga eum habuit inhabitandum cū
fratribus ſuis cõceſſit. Cuius etiam ob perpetuā
rei memoriam Calix papalis cum patena ⁊ cor-
porali ⁊ altari ⁊ capelle apoſtolice de alabaſtro in
loco iſto reſeruantur. Hic ſunt ſepulta corpora
ſanctorum: videlicet ſancte Sabine. ſancti Theo
dori. ſancti Alexandri pape. Nota Auentinū pri-
mam regionem fuiſſe vrbis. hic eſt vnus lapis ni
ger ſuſpenſus de quo iſti verſus habentur.
Credidit orantem iacto condere ſaxo.
Hic ſanctū Dñicum hoſtis verſuto ad ipſum.
Marmoris illeſi confracto monſtrat in euum.
Hiſq3 fidem prebet ſuſpenſus ⁊ iſte molaris.
Sunt q3 plures alie reliquie notabiles ⁊ ſcripte.
Et eſt ibi ſtatio in die Cinerum.
a D ſanctum Alexium in eodem monte aue

M

tino/ eſt eccleſia/ q̄ fuit ante domus patris ſancti Alexii. hic eſt locus ⁊ gradus vbi p̄dictus ſanct⁹ Alexius patri incognitus. xvii. annis penitentiaꝫ egit vſqꝫ ad annū incarnatiōis dominice. cccviii. ſuuꝫ tradidit in maunsſpiritum. in loco iſto ſunt indulgentie oī die. c. annoꝝ ⁊ totidē quadragene. de vita ⁊ morte legitur plenius in legnda ſua.

Hic oſtendit in vno tabernaculo vna imago beate virginis circa quam ponuntur iſta infraſcripta Hec eſt illa imago digna beate marie ſemper virginis quondam exiſtens in eccleſia eiuſdem beate Marie virginis in ciuitate Edeſſa vbi beatus Alexius peregrinus degebat: ⁊ coram qua ſemꝑ volebat orare nec permittebatur. Unde ipſa beatiſſima imago bis miraculoſe locuta dixit cuſtodi eccleſie. Fac introire hominē dei: id eſt Alexiū qui ſedet foras in oſtio qui dignus eſt regno celorum. Sub altari maiori in choro ſanctorū Bonifacii martyris ⁊ Alexii confeſſoris glorioſa corpora. vt bulla Honorii. iii. pape patens demonſtrat. necnon Hermetis martyris ⁊ aliorum ſanctorum reliquie ſunt quorum meritis ⁊ interceſſionibus ab omnibus malis ⁊ morbo epydimie liberemur.

De ſanctam Priſcam ex oppoſito eccleſie ſancte Sabine in monte Auentino prima.

Ubi ab Euadro ſacra eſt Herculis ara.
Urbis romane prima ſuperſtitio/ poſt.
Ubi ſtructura tot veterū templa puniēda deum.
Montis Auentini nunc facta eſt gloria maior.

Unius veri religione dei.
Precipue tamen ob Priſce nobile templum.
Quod Priſcum merito par ſibi nomen habet.
Nam petrus id coluit populos dũ ſepe doceret.
Dum faceret magno ſacreqꝫ ſepe deo.
Dum quos facinorum fontis deciperet error.
Hic melius ſacra purificaret aqua.
Quod demum multis ſeſe voluentibus annis.
Corruit haud vlla ſubuenienti manu.
Summus ac antiſtes Calixtus tertius ipſum:
Extulit omne eius reſtituit decus.
Cuiꝰ ſimul eterne tribuit dona ampla ſalutis.
Ipſius nec qua parte caret ope.

O ſanctum Sabbam. hic eſt vna fontana conducta in eccleſiam cuius aquam homines poſſunt guſtare ſeu bibere: ⁊ ex iſta aq̃ ſancta curabãtur ⁊ maxime a fluxu ſanguinis qđ ſepe claruit miraculis. Et eſt in iſta fontana ſancta de ſcapulario ſancti abbatis ⁊ ꝯfeſſoris Sabbe. Eſtqꝫ ibi vna abbatia ordinis ſancti Benedicti. Item poſſunt videri in loco iſto corpora Titi ⁊ Veſpaſiani: ad quorum ſepulchrum ſcribuntur iſti ſequentes verſus.

Conditur hoc tumulo Titus cum Veſpaſiano.
Patre felici ſed eminent proſpera Titi.
Hieruſalem premẽs domini emulos fremens.
Aper de ſilua ſerus ſingularis in hoſtes.
Expurgat vineam ſabaoth ſternendo laborem.
Reddit ⁊ cõgruã vindictã populo uequã.

O ſanctum Anaſtaſium ibi ad tres fontes

in iſta eccleſia in monaſterio habetur in eodē lo-
co in choro vna bulla ſcripta que ſic incipit. An-
no milleſimo bis centeno primo. quarto nonas
quo chriſtus venit mundum redemit. actu diuino
kaleñ. aprilis. Honorius felix monos dia. ſacer
hanc aulam conſecrauit papaqꝫ dicauit diuinis.
ac ter ſeptem cardinales collaterales interfuerūt
ad martyris dei honorem. Et tunc aſtiterunt ꝛc.
Eſt hic columna ſuper quam beatus Paulus a
poſtolus decollatus eſt. In capella ad tres fontes
hic locus martyrii ſancti Pauli apoſtoli.

D beatam virginem Scala celi. Hec eſt ſe
a cunda capella fundata in toto mundo ad
honorem beate Marie. Et vocatur Scala
celi ſuper quam beatus Bernardus meruit vide
re ſcalam erectam vſqꝫ ad celum. in qua quicun-
qꝫ celebrant aut celebrari faciunt pro animabus
exiſtentibus in purgatorio meritis eiuſdem bea
te virginis dicte anime cito liberantur: ⁊ quicqd
ibi deuote petitur ſine dubio impetratur: ⁊ ſunt
ibi plures indulgentie vt patet in tabula indul-
gentiarum. Item ſunt ibi recondita oſſa decem
milium martyrum.

D ſanctam Mariam annunciatam. Item
a anno domini. M. cc. pontificatus domini
Honorii pa. iii. anno. v. indictioñ. iiii. mē
ſis Auguſti. die. ix. dedicata eſt eccleſia in honorē
beate Marie virginis ⁊ omnium ſanctorum per
manus venerabilium Auagnini ⁊ Johannis ſan
[illegible]ini epiſcoporum aſſiſtentibus Johanne villa

magne. Johanne ſancte Marie de Ruſille. Sūt etiaȝ ibi certe ꝛ ſcripte reliquie per manus ſupra dictorum recondite quarum nomina pon ūtur in vna tabula ante altare: Item ſcienduȝ ꝙ vbi iſta crux cum in medio itineris dicte eccleſie ꝛ ſancti Sebaſtiani poſita ſunt captiuata iſta deceȝ milia martyrum ꝛ militum.

Domine quo vadis. In iſto loco quando angelus dei beatum Petrum eripuit de manu neronis. Saluator ei obuians: cui Petrus ait Domine quovadis. Et reſpondens. Vado romā iterum crucifigi. ſunt multe indulgentie.

Ad ſanctum Johannem ante portam latinā Iſta eccleſia eſt conſtructa apud iſtam portā que dicebatur porta latina ibi adhuc eſt locus vbi miſſus eſt ſanctus Johannes in oleū feruentiſſimum. ſunt multe indulgentie ibi. Eſtqȝ ibi ſtatio in quadrageſima.

Ad ſanctum Sixtum ante portam appiam eſt clauſtrum mulierum: ſtrata vbi itur ad ſanctum Sebaſtianum. ſtatio in quadrageſima ꝛ eſt titulus Cardinalis.

Ad ſanctam Balbinam. Iſta eccleſia dicit etiam ad ſanctum Saluatorem: cuius imago oſtenditur ſupra ſummū altare in choro vbi ſunt ſepulta ſeptem corpora ſanctorum videlicet ſancta ſabina: ſanctus Quirinus ꝛ ille due virgines quibus prenominata imago apparuit. Eſt etiā ibi ſtatio in quadrageſima ꝛ titulus cardinalis. Iſtam eccleſiam conſecrauit ſanctꝰ Gre

gorius: ⁊ ꝯcessit septē annos indulgētiaꝝ.

c  O sanctum Gregoriam est vna abbatia.

Gregorius episcopus seruus seruorū dei sicut continetur qui in priuilegio anno sc̄do sui presulatus ⁊c. Collecta cardinalium episcoporum ⁊ ceterorum Romane ecclesie multitudine eccle-siam istam quam ad honorem sancti Andree apo stoli in dioscauri construxerat in qua rudimenta ⁊ sanctitatis susceperat incrementa eo ꝙ detulit prout eius anima desiderabat consecrauit. Quā ecclesiam etiam plenarie dotauit ⁊ priuilegiis a-postolicis premuniuit consecratione vero perfe-cta flexis ad terram genibus se deo humili sup-plicatione prosternens. preces fudit ad dominuȝ dicens. Domine iesu christe fili dei viui qui dixi-sti apostolis: ⁊ per apostolos vniuersis fidelibus christianis: Quodcunqꝫ petieritis patrem in no-mine meo dabit vobis. Peto ab omnipotentia maiestatis tue quatinus quicunqꝫ deinceps in hu ius ecclesie circuitu elegerit sepulturaȝ: dum mo do fidem christianam teneat in perpetuum dāna tionis eterne incendiis non sit mancipandus. sȝ ad eterne vite gaudia supplimandus. Oratione vero completa apparuit angelus domini dicens. Gregorii exaudita est oratio tua. Hic brachium beati Gregorii pape primi: ⁊ crux sancti Pan-thaleonis.

O sanctum Johannem ⁊ Paulum in celi
a monte hic requiescunt corpora sanctoruȝ Johannis ⁊ Pauli. Circa ista loca sancta

ponitur vna bulla ſculpta que dicit de reconditi
one iſtoru3 ſanctorum prenominatorum.
Preſbyter eccleſie Romane rite Johannes.
Hic animi vota dona vouendo dedit.
Martyribus xpi Paulo paritercꝫ Johanni.
Paſſio quo ſedem contulit eſſe pares.
¶ Statio ⁊ titulus Cardinalis.
Ad ſanctum Stephanum in celimonte eſt
eccleſia ſtructure rotunde. eccleſiam hanc
prothomartyris.v.pontifex maximus ex
integro reſtaurauit: ibi ſunt fratres ordinis ſan-
cti Pauli primi heremite. De cuius vita ⁊ obi-
tu hec infra ſcripta metra potes legere.
Obitus ⁊ vite primi tempus heremite.
Ut breuiter hic inſpice metra ſolerte.
Anno centeſimo ⁊ ſeptuageſimo primo.
Poſt incarnatum xpm de virgine natum.
Tebaide genitus Paulus heremita primus.
Hic ſextumdecimum cum perueniſſet ad annu3
Mundum reliquit heremiqꝫ ſecreta petiuit.
Cui ter denis cum ſeptem inſuper annis.
Palma dedit victū corporis pariter ⁊ amictum.
Celitus hinc manna paſtus annis ſexaginta.
Domino mittente quotidie coruoqꝫ ferente.
Poſt hoc ducentis octuaginta ſex quoqꝫ annis
Patris eterni filii de virgine nati.
Anno centeſimo decimoq3 vite ſue terno.
Paulus de mundo choris ſeptem letabundo.
Ciuium ſanctorum obiit ad regna celorum.
Anno vero domini.M.ccl.tranſlatus de conſtan

tinopoli. In Venetias. Anno. M.cclxxxi. translatus de Venetiis in Ungariam. Statio et titulus Cardinalis est.

a D ſanctam Mariam in Nauicula in eodē celimōte ſupradicto. Hic ponitur vna nauis lapidea in ſignum miraculi ante introitum eccleſie. Statio. 40. ꝛ titulus Cardinalis eſt.

a D ſanctam Mariam imperatricem. Hic eſt imago beate virginis que etiam allocuta eſt beatum Gregorium papam dicendo quare amplius non ſalutas me cum ſemper imaginem meam preterreundo ſalutes: ſanctus Gregorius geniculando orauit ꝛ petiuit veniam coram prenominata imagine ꝛ cōceſſit poſt hoc omnibus geniculando orantibus tria Pater noſter et tot Aue maria bona intentiōe et propoſito bono quotiens totiens fecerint. xv. annorum indulgientias.

